autem & recauta [1] fieri ab optionibus, collatoribus pro his quæ ab his expenduntur, periculo eorum qui cum eis sunt judicum & tribunorum, & comitum & diafoltarum [2] & delegatorum & uniuscujusque numeri primatum [3], & nullo modo gratis expendere [4] milites a collatoribus, aut occasione [5] non factæ forsan præparationis, aut *introitorum* [6] nomine, quorum etiam ipsum vocabulum omnino perimimus, ut undique illæsi & indemnes custodiantur nostri subjecti.

CAP. II.

SPecies autem quæ [7] inveniuntur in unoquoque loco ipsos accipere milites, & non alias quærere quæ in ipsa regione non inveniuntur, & propter hoc tergiversationem aut damnum inferri nostris collatoribus.

CAP. III.

EAm vero quæ fit a nostris possessoribus expensam, & declaratur per recauta [8], jubemus reputari eis a sede tuæ celsitudinis sine qualibet tergiversatione aut damno aut injunctione in collationem eam, quam ab eis fiscus capit pro indictione illa in qua expensa fit. Si vero amplius quam *professiones* [9] sunt ab his qui dant species, inveniantur expensæ, jubemus ex omni corpore fiscalium ejusdem provinciæ compleri eos qui ultra functiones suas exhibuerunt. Si vero non habeat ipsa provincia sufficientia ad expensam factam, compleri eos qui hanc expensam fecerunt ex generali mensa, quæ regitur a tua gloria, aut retinere hæc eos ex his quæ ab his inferenda sunt secundum sequentem indictionem, & hæc reputari eis ex omni modo ab his qui fiscalia exigunt: his omnibus admittendis & observandis periculo tuæ gloriæ & singularum provinciarum tractatorum [10] & judicum & obsequentium eis officiorum & *susceptorum* [11], & curialium, & omnium fiscalia tractantium.

CAP. IV.

HOc quoque jubemus servari, nullum judicum aut militum occasione transitus, aut a civitatibus aut prædiis in [12] minimo aliquid accipere. Si autem inventus fuerit quis pro transitu annonam [13] accipere, jubemus tale aliquid agentem exigi duplum totum, quod accipere pro hoc præsumserit.

CAP. V.

SI [14] quis vero nostrorum judicum aut militum aut optionum ipsorum non recauta fecerit factæ ab iis expensæ, jubemus expensas facientes collatores gesta monumentorum conficere, siquidem inveniatur judex in illis locis, apud eum & sanctissimum civitatis episcopum. Si vero non inveniatur judex in locis illis, apud sanctissimum civitatis episcopum, aut defensores locorum, sub quibus possessio jacet, ex qua facta est expensa, & per talia gesta palam facere qui nostrorum judicum & cum quali exercitu transitum facientes non fecerunt recauta [15], & quantam quantitatem expenderunt, & talia gesta mitti ad tuam gloriam: tuam vero celsitudinem utpote recautis factis, collatoribus quidem præbere aut etiam reputare quæ ab eis facta expensa, sicuti superius diximus: retinere autem hanc quantitatem quæ ex gestis declaratur, ex his quæ delegata sunt de fisco principalibus militiæ, & militibus qui expensam fecerunt.

CAP. VI.

AD hæc jubemus principes militiæ nostros, sive eos *qui deducunt* [16] *exercitum*, & delegatores, in transitibus *præmittere* [17] ad illum locum in quo futurus est noster exercitus applicare, & præparationem facere expensarum, & non mittere ad alias civitates aut possessiones, aut prædia quasi debeat exercitus ibi manere, & ex hoc pecunias accipere de possessionibus & villis. Si autem accipere aliquid pro hoc præsumpserit, jubemus etiam sic quidem gesta fieri, significantia & unde & cui datum est, reputari damnificatis a tua gloria, aut præberi secundum prædictum modum omnia, quæ ex talibus gestis significantur, principes autem militiæ, & quocunque modo diasostas [18] nostri exercitus & delegatores & in duplici quantitate dare quæ accipere præsumserint: prometatores vero etiam supplicium & exilium sustinere.

CAP. VII.

SI qui vero judicum provinciarum colludentes [19] forte cum diasostis [20] nostri exercitus, non præparaverint expensas, & ex hoc per diversas civitates & villas eos perducant, jubemus eos cingulo remotos confiscationi & exilio cum obedientibus eis officiis subdi: nostros autem collatores & ita indemnes servari ex recautorum datione aut ex gestis, quæ secundum prædictum modum debent fieri.

CAP. VIII.

HÆc autem ipsa servari præcipimus non solum in transitibus nostrorum judicum & militum, sed etiam aliorum, qui [21] ex qualibet gente in auxilium nostræ reipublicæ nobis mittuntur.

CAP. IX.

UT autem non occasione metatorum [22] damnationis injurietur nostrorum collatorum libertas, jubemus nulli penitus licere nostrorum militum in *authenticas* [23] habitationes, in quibus domini domuum inveniuntur, manentes accipere sibi metata, sed illas quidem sine molestia servare propriis dominis, accipere autem milites in aliis diætis metata.

pars datur rerum susceptarum pro salario. *ut hic. & l. 9. C. de suscept.* Ita quoque Græci legunt *c. 3. J. eod.* Jul. *hic.* apochas sive recauta facientes. Porro recautum idem est quod defuscorum. *l. 4. Cod. de collat. fund. patrimon.* species apochæ *Suidas*, ubi esset recautum. Augustinus *de cura pro mortuis.* Recavere est cautionem dissolvere, Recautio dissolutio. Est enim cautio, obligatio. Recavere eadem forma dicitur, qua repignorare, pignus dissolvere. 2 Διασώσων. vide *c. 6. J. eod.* 3 Προτυπώτων: præpositorum.
4 Id est accipere. 5 Id est, etiamsi eis apparatæ non sint annonæ.
6 Ἰστρατῶν. *Scring.* 7 Jul. *hic n. 354.* 8 Dixi *8. cap. 5.* adde Jul. *n. 535.*
9 Penitationes annonæ vocat Julianus *hic.* 10 Τραφεντιανῶν. 11 Εκλησιαστικῶν. *Scring.* exceptorum Jul. *hic.* 12 Εν ἀπαραγωγεσιμῳ, *ut J. eod.* adde Jul. *num. 536.*
13 Εν ἀπαραγωγεσιμῳ, *ut 8. eodem & Nov. 43.* ἐν ἀπαραγωγεσιμῳ λαμβάνων non est simpliciter per concussionem exigere pecuniam, sed pretium pro annonis. *l. 7. Cod. de exact. moliti. ann.* ea est adæratio. 14 Jul. *hic n. 537.* 15 Recautum est species Apochæ, & inter se opponuntur *cautum & recautum*, quemadmodum *pignorare*, & *repignorare*, id est pignus luere. Anf. 16 Τὸς διακόψοντας τὸ σράτευμα. Il fant διάσωσιν exercitus *c. 7. J. Jul. n. 538.* *de quib. J. eod. & 8. c. 2. in fin.* 17 Qui ita præmittuntur. Iulian. vocat prometatores, *Fomiteri, marechaux des logis.* 18 Διασώζοντας τὸ ἡμέτερον σράτευμα, *ut 8. eod.*
19 Jul. *num. 539.* 20 Dixi *8. cap. 6.* 21 Jul. *num 540.* 22 Metata sunt hospitia militibus destinata. vid. *l. 2. C. de metat.* Anf. 23 Εἰς τὰς αὐθεντικὰς οἰκήσεις. *Scring.* Authentica habitatio, in qua paterfamilias habitare solet. Iul. *hic n. 451.* pars principalis ædium, *l. 2. C. de metatis.* primaria habitatio: adde *l. 6. §. 5. ff. de off. præsid.* adde *Nov. 134. c. 1. Novell. 17. cap. 10.* dominica. 24 Anno 545.

EPILOGUS.

1 Quæ igitur placuerunt nobis, & per præsentem declarata sunt legem, tua gloria in regia civitate & per loca sanctissimis episcopis, clarissimisque judicibus & omnibus nostris subjectis in unaquaque provincia & civitate palam faciet, ut sciant nostri subjecti quæ a nobis pro eorum indemnitate disposita sunt, & agnoscant, quia si contra hæc aliquid agatur, & qui læduntur taciturnitati causam tradiderint, ipsi hujusmodi læsionis sibi auctores fient. Datum Kal. Mart. *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. August. Anno 19. [24] Post consulatum BASIL. V. C. Anno quarto, indictione octava. Proposita in civitate Constantinopolitana.

TIT. XIV.

DE ECCLESIASTICIS TITULIS [25], ET PRIVILEGIIS, ALIISQUE CAPITULIS. [26]

NOVELLA CONSTIT. CXXXI.

Imperator Justin. August. Petro gloriosiss. præfecto sacrorum prætoriorum.

PRÆFATIO.

DE regulis ecclesiasticis & privilegiis, aliisque capitulis ad sacrosanctas ecclesias & reliquas venerabiles domos pertinentibus, præsentem proferimus legem.

CAP. I.

De quatuor sanctis Ecclesiis.

SAncimus igitur vicem [27] legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quæ a sanctis quatuor conciliis expositæ sunt, aut firmatæ, hoc est in Nicæna trecentorum decem & octo & in Constantinopolitana sanctorum centum quinquaginta patrum, & in Ephesina prima, in qua Nestorius est damnatus, & in Chalcedonia in qua Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Prædictarum enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipimus, & regulas sicut leges observamus.

CAP. II.

De ordine [28] *sedendi patriarcharum.*

IDeoque sancimus secundum earum definitiones sanctissimum senioris Romæ papam [29], primum [30] esse omnium sacerdotum: beatissimum autem archiepiscopum Constantinopoleos novæ Romæ, secundum habere locum [31] post sanctam Apostolicam senioris Romæ sedem: aliis [32] autem omnibus sedibus præponatur.

CAP. III.

De archiepiscopo primæ Justinianæ. [33]

PEr tempus autem beatissimum primæ [34] Justinianæ, nostræ patriæ archiepiscopum habere semper sub sua jurisdictione episcopos provinciarum Daciæ mediterranea, & Daciæ Ripensis, & Privalis [35], & Dardaniæ, & Mysiæ superioris, atque Pannoniæ, & ab eo hos ordinari: ipsum vero a proprio [36] ordinari concilio, & in subjectis sibi provinciis locum [37] obtinere eum sedis [38] Apostolicæ Romæ, secundum ea quæ definita sunt a sanctissimo Papa Vigilio.

CAP. IV.

De episcopo Carthaginensi. [39]

SImili quoque modo jus [40] pontificis, quod episcopo Justinianæ Carthaginis [41] Africanæ civitatis [42] dedimus, ex quo Deus hanc nobis restituit, servari jubemus. Sed & aliæ civitates, & earum episcopi, quibus in diversis locis metropoliticum [43] jus præstitum est, hujusmodi privilegio in perpetuum potiantur. Omnia autem privilegia [44] vel solatia quæ ex imperiali munificentia, aut etiam alio quolibet modo sanctissimis ecclesiis aut aliis venerabilibus domibus & locis collata sunt, firme eis per omnia conserventur.

CAP. V.

De privilegiis possessionum ecclesiasticarum [45].

AD hæc sancimus omnium sanctarum ecclesiarum & omnium venerabilium domorum possessiones, neque [46] sordidas functiones, neque extraordinarias descriptiones sustinere. Si tamen itineris [47] sternendi, aut pontium ædificii, vel reparationis opus fuerit, ad instar aliorum possessorum: hujusmodi opus & sanctas ecclesias & venerabiles domos complere, dum sub illa possident civitate, sub qua tale fit opus. Si quæ vero res ex curialium substantiis ad quamlibet sacrosanctam ecclesiam, aut aliam venerabilem domum secundum leges venerunt, aut postea venerint: liberas eas esse sancimus descriptione [48] lucrativorum.

CAP. VI.

De [49] *præscriptione* [40]. *amorum ad venerabilia loca pertinente.*

PRO [50] temporalibus [51] autem præscriptionibus decem & viginti, & triginta annorum, sacrosanctis ecclesiis & aliis universis venerabilibus locis

solam

olam quadraginta [2] annorum præscriptionem opponi præcipimus: hoc ipso servando & in exactione legatorum & hereditatum, quæ ad pias causas relicta sunt.

CAP. VII.

De [2] *ædificatione ecclesiarum.* [3]

SI quis autem voluerit fabricare venerabile oratorium aut monasterium, præcipimus non [4] aliter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus episcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit crucem [5]. Si vero semel [6] cœperit aut novam ædificare basilicam, aut veterem renovare: modis omnibus compellatur a beatissimo locorum episcopo, & œconomis ejus, & civili judice, eam explere, & si is distulerit, hoc moriente heredes ejus opus inchoatum adimpleant.

CAP. VIII.

Ne in [7] *prædiis vel domibus, vel fundis, vel privatis locis sacra ministeria fiant.*

SI quis in sua domo, aut in [8] suburbano ecclesiasticum [9] ministerium ministrare præsumpserit, aut aliis celebrare concesserit sine clericis sanctissimo locorum episcopo subjacentibus: jubemus hanc domum, aut suburbanum, aut prædium, ubi tale aliquid delinquitur, loci illius sanctissimæ ecclesiæ vindicari [10] per Deo amabilem episcopum, & œconomum ejus, & civilem judicem locorum. Si vero nesciente locorum domino, ejus curatores [11], aut conductores, aut emphyteutæ contrarium aliquid exerceri permiserint: dominum quidem loci nullum præjudicium aut dispendium sustinere: eos autem qui hoc fecerint, aut fieri permiserint, ex provincia ubi hoc commissum est, expelli, rebus eorum loci illius sanctissimæ ecclesiæ vindicandis.

CAP. IX.

Ut legatum Deo relictum, illi ecclesiæ deputetur, ubi testator domicilium [12] *habet.*

SI quis in nomine magni Dei [13], & Salvatoris nostri Jesu Christi hereditatem aut legatum reliquerit, jubemus ecclesiam loci [14] illius in quo testator domicilium habuerit accipere, quod dimissum [15] est. Si quis autem *unum sanctorum* [16] heredem scripserit, aut legatum ei reliquerit, & non specialiter nominaverit locum in quo est venerabilis domus, inveniantur autem in eodem loco aut civitate plura oratoria ejusdem sancti: ita magis domui quæ pauperior [17] est, quod relictum est, præbeatur. Si [18] autem non est in civitate basilica nominati sancti, inveniatur autem in territorio ejus, illi detur. Si autem neque in territorio ejus reperitur hujusmodi domus, tunc ecclesiæ civitatis in qua testator domicilium habuerit, quod dimissum est, præbeatur.

CAP. X.

Si quis [19] *oratorium ædificari* [20] *jusserit.*

SI quis ædificationem [21] venerabilis oratorii, aut xenodochii, aut ptochii, aut orphanotrophii, aut nosocomii, aut alterius reverendæ domus, in novissima voluntate fieri disposuerit: oratorium quidem intra quinque [22] annos compleri jubemus providentia locorum episcopi, & civilis judicis: xenodochium [23] autem aut ptochium, aut aliam venerabilem domum intra unum [24] fieri annum. Si autem intra annum non fecerint heredes xenodochium, aut quamlibet venerabilem domum a testatore dispositam fieri: jubemus eos domum aut comparare aut locare, ubi possint quæ jussa sunt adimplere, donec hujusmodi domus venerabilis expleatur. Et si quidem ipse testator decreverit qui debeant xenodochi fieri, aut ptochotrophi, aut alteri tales gubernatores, sive suis heredibus hujusmodi electionem commiserit: jubemus modis omnibus heredes ejus, quæ ab eo definita sunt, adimplere, locorum beatissimis episcopis inspicientibus si gubernatio recte procedit: & si invenerint non utiles existentes rectores, licentiam habentibus sine damno alios pro eis opportunos efficere.

CAP. XI.

Ut [25] *legata pro redemptione captivorum relicta, præstentur ab episcopis, &c.*

SI quis autem pro [26] redemptione captivorum aut alimentis pauperum hereditatem aut legatum reliquerit in rebus mobilibus, aut immobilibus, sive semel, sive annale, & hoc modis omnibus secundum testatoris voluntatem ab iis quibus [27] jussum est hoc facere, compleri. Si autem specialiter dixerit quomodo pauperibus hoc reliquit: præcipimus sanctissimum episcopum civitatis in qua testator habuit domicilium, percipere easdem res, & ejus civitatis pauperibus erogare. Si autem pro redemptione captivorum aliquid relinquatur, & non nominatim testator dixerit per quem oporteat fieri redemptionem captivorum, etiam sic jubemus res ad hoc relictas locorum [28] episcopum & ejus œconomos accipere, & hujusmodi pium opus implere: in omnibus enim talibus piis voluntatibus sanctissimos locorum episcopos volumus providere, ut secundum defuncti voluntatem, universa procedant: licet [29] præcipue a testatoribus aut donatoribus interdictum sit eis habere ad hoc aliquod participium. Si [30] autem qui hoc facere jussi sunt, semel & secundo a beatissimo locorum episcopo aut ejus œconomis per publicas personas admoniti distulerint quæ disposita sunt, adimplere: jubemus eos omne lucrum [31] relictum eis ab eo qui hoc præceperit, amittere: & locorum episcopos omnes res cunctis (sicuti dictum est) piis causis distributas, cum [32] fructibus & augmentis medii temporis & memorato lucro vindicare: & quæ testator disposuit adimplere, scientes, quia si neglexerint, pro his omnibus rationem Deo persolvent. Si [33] autem sanctissimus locorum episcopus reliquerit aliquid horum quæ a nobis dicta sunt: liceat sanctissimo ejus metropolitæ hæc omnia exigere, & complere: & omni alii licentia sit hujusmodi movere quæstionem, & studere ut modis omnibus causæ piæ compleantur.

CAP. XII.

Ut [34] *in piis legatis cesset Falcidia.*

SI [35] autem heres quæ ad pias causas relicta sunt, non impleverit, dicens relictam sibi substantiam non sufficere [36] ad ista: præcipimus omni Falcidia [37] vacante, quicquid invenitur in tali substantia, proficere provisione sanctissimi locorum episcopi ad causas quibus relictum est. Si autem legatum ab aliquo ad pias relinquitur causas: jubemus intra sex [38] menses ab insinuatione testamenti numerandos, hoc modis omnibus præberi quibus relictum est. Si autem distulerint qui in hoc onerati sunt, hujusmodi præbere legatum: & fructus, & usuræ, & omne legitimum exigatur augmentum a tempore mortis ejus qui hoc reliquit. Si autem annale [39] legatum cuilibet venerabili domui relinquatur: si quidem qui hoc dare jussi sunt, aut locus ex quo jussum est hoc præberi, in ipsa, aut vicina provincia fuerit: jubemus nullo modo legatum alienari. Si vero loca aut personæ ex quibus hoc dari præceptum est, longius fuerint: tunc liceat illis quibus hoc relictum est, si etiam pars obligata consentit, commutare legatum, & pro eo percipere reditus idoneos, & cum augmento non minus quartæ partis relictæ quantitatis, & neque plurimis tributis fiscalibus prægravatos: aut vendere, si voluerint, hujusmodi legatum, & non minus pro pretio percipere, quam ex tali legato intra viginti quinque [40] annos colligitur: ita tamen, ut hujusmodi pretium ad utilitatem prædictæ venerabilis domus ubi relictum est, proficiat.

CAP. XIII.

Ut de iis quæ post episcopatum adquisierint episcopi testari non possint.

INterdicimus autem sanctissimis episcopis res mobiles aut immobiles sese que moventes, quæcunque post [41] episcopatum ad eos quoquo modo pervenerint, in proprios cognatos aut in alias quascunque transferri personas. In captivorum vero redemptionem, & egentium pabula, & alias pias causas, aut pro utilitate propriæ ecclesiæ, ex his expendere licentiam habeant: & quicquid ex hujusmodi rebus post obitum eorum in ipsorum facultate remanserit, jubemus hoc ad proprietatem ecclesiarum, quarum sacerdotium habuerunt, competere. In illis enim solummodo rebus licentiam eis alienandi aut relinquendi quibus voluerint, damus, quas ante episcopatum probantur habuisse: post episcopatum vero, quæ ex genere sibi conjuncto ad eos devolutæ sunt, quibus ab intestato usque ad quartum [42] gradum succedere poterunt. Hæc autem omnia quæ diximus de rebus quæ post episcopatum devolutæ sunt ad sanctissimos episcopos, & in reverendissimis orphanotrophis, & ptochotrophis, & nosocomis, & xenodochis, & gerontocomis, & omnibus aliis rectoribus venerabilium domorum, valere sancimus, in rebus quæ in tempore propriæ administrationis secundum prædictum modum ad eos pervenerunt. Si quis autem Episcopus, aut clericus aut cujuslibet ecclesiastici gradus minister aut ecclesiæ Diaconissæ moriantur sine testamentis & legitimis successoribus, horum successio ecclesiæ [43] competat in qua constitati fuerint.

CAP. XIV.

Ne hæretici ab ecclesiis vel privatis res immobiles quoquo titulo accipiant: & ne spelunca fidei suæ adificent.

JUbemus autem nullum hæreticorum, neque [44] per conductionem, neque per emphyteusim, neque per emptionem, aut alio quolibet modo res immobiles accipere a qualibet sancta ecclesia, aut alio venerabili loco. si quid vero hæreticus pro tali causa præbuerit, amittat: hujusmodi [45] vero res venerabili loco a quo etiam datæ sunt, vindicentur: rector autem domus qui ipsas res

1 *Nov. 11. c. 1.* & ita videtur abrogari centum annorum præscriptio, *Nov. 10. & l. 23. C. de sacr. eccl.* 2 *Nov. 5. cap. 1. Nov. 77. c. 1.* Goth. Vid. Gudelin. *de Jure Novissf. lib. 2.* *cap. 9. n. 7.* Anf. 3 Venerabilium Jul. *n. 513.* 4 Loca ecclesiastica quomodo conferanda. *Nov. 5. c. 1. Nov. 67. c. 1. in fin. Nov. 123. c. 34.* 5 De cruce alibi diximus.
7 *Novell. 58. Novell. Leon. 4.* 8 Εἰ προσεύχοι ἐν χωρίῳ. 9 Ecclesiastica munera facere: Jul. *n. 514.* Ἐκκλησιαστικὴν λειτουργίαν ἐκπληρῶν. *Scring.* vid. *Nov. 8.* 10 Domus privatæ Ecclesiæ vindicantur, in quibus sacra ministeria fiunt. vid. *Nov. 58.* adde *l. 3. l. 8. §. 3.* domino proprietario, quod si eo sciente factum fuisset, domus confiscaretur.
12 Jul. *hic n. 515.* Goth. Vid. Gudelin. *de Jure Novissf. lib. 2. c. 12. n. 7.* & Rittershus. *exp. nov. part. 6. cap. 14.* Anf. 13 Dei vel Christi nomine qui quid reliquit, domicilii sui ecclesiæ videtur reliquisse *l. 26. C. de sacr. eccles.* 14 *l. 39. §. ut. ff. de cond. & demonstr.*
15 Relictum aut legatum. 16 Si quis in nomine sancti Martyris. Jul. *n. 116.* 17 In dubio favendum paupertati. *d. l. 27. in fin. l. 49. §. 5. C. de episc.*
& pauperiori ecclesiæ. 18 Res ita habet: Legatur D. Petro urbano: primum Petri templo legatum debebitur: si alia sint ejus cognomimis templa, pauperiori præstabitur: quod si nullum urbanum fuerit, extraurbano debebitur. Si nullum extraurbanum, ecclesiæ, in qua domicilium testator habuit, legatum præstabitur, etiamsi Petri nomine nuncupata non fuerit.
19 *l. Ecl. 1. c. 7.* 20 Potest heres damnari, ædificare domum. Paul. 3. *sent. 5. §. 10.* oratorium, xenodochium, templum & his simile quid, *ut hic.* 21 Domus religiosam. Jul. *n. 519.* οἰκτήριον vocant Græci hic. 22 Intra quod tempus heredes defuncti gravati, ædificare domos sacras debeant. 23 Ξενῶνα. *Scring.* Xenones. *Jul.* 24 De anno, vid. Cujac. *20. de praef.* 25 *5. Ecl. 1. c. 8. & 9.* Goth. Vid. Gudelin. *de Jure Novissf. lib. 2. c. 12. n. 8.* & Rittersh. *part. 3. c. 12.* Anf. 26 *l. 28. C. de episc.* adde Jul. *n. 318.*
27 Id est, ab executoribus, licet enim defuncto eligere ministrum executorem seu dispensatorem, quem voluerit. Id sæpenumero testamenti exequendi causa fieri confuevit. *Nov. Leonis 68.* 28 Executore redemptionis captivorum non expresso a testatore, omnes redimendi defertur ad episcopos & eorum œconomos. 29 Hinc sumpta est Auth. *Licet C. de episc.* Hujus autem loci sententia hæc est: Episcoporum interesse, omnia ad pietatem pertinentia fieri, quamvis testator vel donator verba contrariæ voluntatis expresserit. Jul. *hic num. 519.* 31 Etiam Falcidiam. Alias quidam volunt, heredem non frustratorem voluntatis defuncti, deducere Falcidiam ex piis legatis, *l. 1. §. 5. ff. ad l. Falc.* Cujac. eam sententiam Balsamonis fuisse refert ad *c. 12. J.* adde quæ scripsi ad *Novell. 119. c. uit.*
34 *5. Ecl. 1. c. 8. & 9.* de quo dixi ad *Authent. similiter C. ad leg. Falcid.* 35 Hinc sufficere dixerunt. Jul. *hic num. 520.* 36 Si heredes testatoris substantiam non *cap. ult.* Falcidia privatur heres hic, non quivis, fed morosus: ut ita Falcidia locum etiam habeat in legatis ad pias causas *l. 1. §. 5. ff. ad l. Falc.* Paul. *4. sent. 3. §. 3.* Cæterum an & quomodo Falcidia locum habeat in legatis ad pias causas, vid. Tiraq. *26. privilegio piæ causæ*, ubi notat, quinque casibus Falcidiam detrahi ex legato ad pias causas. & *27.* ubi notat, Trebellianicam non deduci ex fideicommisso universali ad pias causas, adde Grassum *6. Falc. q. 3. & §. Trebell. q. 6.* Goth. Adde And. Merend. *contr. lib. 2. c. 32. & 33.* Anf. 38 Si sex intra menses pia voluntas defuncti impleta non fuerit. Jul. *num. 521.* de sex mensibus vide Cujac. *c. 18. de pref.* 39 De legatis annalibus ad loca religiosa relictis *num. 523.*
40 Ita legit Julianus hic, Græci vero, 35. vide quæ notavi ad *l. 35. §. 3. C. de donationibus.* *Nov. 120. c. 9.* adde Molinæum *tractatu de usuris q. 1. n. 119.* 41 Hinc sumpta est auth. *Licentiam Cod. de episc.* adde Jul. *num. 522.* hoc interim vult, Episcopum res adquisitas (sucessionis a cognatis ad quartum usque gradum ei delatas excipe, *vers. in illis in fin. J. eodem. l. 42. §. 1. Cod. de episc.*) post adeptam Episcopatum, nemini donare testamento posse: quod 42 *d. l. 42. §. 2. C. de episc.* 43 Ecclesiasticis personis mortuis sine testamentariis aut legitimis heredibus ecclesia succedit: olim fiscus, *l. 20. C. de episc.* adde Jul. *hic. n. 524.*
44 *l. 10. C. de hæreticis.* 45 Vide quæ scripsi ad *l. 16. C. de hæreticis.*

dedit

dedit hæretico, omni gubernatione removeatur, & in monasterio recludatur, & uno anno a sancta communione segregetur: cum hæreticis prodiderit Christianos. Si autem orthodoxus possessionem habens in qua est & sancta ecclesia, alienaverit aut reliquerit, aut per emphyteusim, aut per conductionem, aut quamlibet gubernationem hanc dederit Judæo, aut Samaritano [1], aut Ariano, aut alii hæretico: sancta [2] ecclesia ejusdem vici hujusmodi vindicet proprietatem alienationis. Si quis autem hæreticorum (quibus etiam connumeramus Nestorianos, & Acephalos, & Eutychianistas) præsumpserit speluncam [3] suæ incredulitatis ædificare, aut Judæi novam synagogam constituere, locorum sancta ecclesia ædificia suæ proprietati defendat. Si vero quis per emphyteusim, aut conductionem, aut etiam per quamcunque aliam gubernationem dederit possessionem hujusmodi personæ: si quidem sciebat dominus possessionis ejus, quia hæretico hanc commisit, omnes reditus illius temporis quod in contractu transiit, ecclesiæ civitatis, sub qua possessio constituta est, vindicari. si vero ignorabat dominus possessionis, quia hæreticus erat cui hæc commissa est, ipsum quidem dominum propter ignorantiam indemnem servari: hæreticum vero in utroque casu expelli de possessionibus, & ejus substantiam applicari fisco.

CAP. XV.

Ut orphanotrophi sint tutoribus similes & ad instar eorum inventarium conficiant.

ORphanotrophi [4] vero, tutorum & curatorum fungantur officio: ita tamen, ut etiam sine satisdatione & conveniant, & conveniantur de rebus orphanotrophiis, & ipsis propriis orphanis competentibus. Res autem competentes alicui orphanorum, publicis præsentibus tabulariis, aut sub gestis monumentorum in hac quidem regia civitate apud magistrum census habitis: in provinciis autem apud judices earum, aut defensores locorum, orphanotrophiis accipere & custodire: & si necessarium putaverint, etiam alienare, & pretia earum orphanis conservare: aut alias res pro illis emere: non autem subjacere tutelaribus aut curatoriis rationibus: servari autem jubemus venerabili orphanotrophio hujus regiæ urbis, & xenodochio quod vocatur sanctæ Mariæ Sanso [5], & sub ejus gubernatione constitutis oratoriis aut xenonibus, aut venerabilibus domibus omnia privilegia quæcumque habet major sanctissima ecclesia Constantinopolitana.

EPILOGUS.

† Quæ igitur per præsentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas, tua celsitudo edictis solenniter in hac regia urbe propositis, ad omnium studeat pervenire notitiam. Nos enim providebimus quatenus sine collatorum dispendio fiat etiam in provinciis manifesta. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* DN. JUSTIN. PP. Aug. * BASILIO V. [6] C. CONS.

TIT. XV.
DE INTERDICTIS [7] COLLEGIIS HÆRETICORUM. [8]

NOVELLA CONSTIT. CXXXII.

Imperator Flavius Justinianus, felix, inclytus, victor ac triumphator semper Augustus, Episcopo Constantinopolitano.

PRÆFATIO.

PRimum esse & maximum bonum omnibus hominibus credimus, veræ & immaculatæ Christianorum fidei rectam confessionem: ut per omnia hæc roboretur, & omnis orbis terrarum sanctissimi sacerdotes ad concordiam copulentur, & consone immaculatam Christianorum confessionem prædicent, & omnem occasionem, quæ ab hæreticis invenitur, auferant, quod ostenditur ex diversis conscriptis a nobis libris & edictis. Sed quoniam hæretici neque Dei cogitant timorem, neque interminatas talibus pœnas ex legum severitate considerantes, diaboli opus implent, & quosdam simplicium seducentes sanctæ fidei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, adulteras [9] collectas, & [10] adultera baptismata latenter faciunt: pietatis existimavimus, per præsens nostrum edictum monere eos, qui tales sunt, quatenus & ipsi recedant ab hæretica vesania, & nec aliorum animas per simplicitatem perdant, sed magis concurrant ad sanctam Dei ecclesiam, in qua recta prædicantur dogmata, & omnes hæreses cum principibus suis anathematizantur. Nosse enim volumus omnes, quia si de cætero aliqui inveniantur aut [11] contrarias collectas facientes, aut apud semetipsos collectionem: nequaquam omnino eos ferimus, sed domos [12] quidem ubi aliquid delinquitur, sanctæ assignamus ecclesiæ: his autem qui colligunt, aut apud se colligunturur, ex constitutionibus pœnas inferri omnibus modis jubemus. Dat. Prid. Non. April. *Constantinop.* Dom. JUST. PP. Aug. * BASIL. CONS.

TIT. XVI.
QUOMODO OPORTEAT MONACHOS [13] VIVERE.

NOVELLA CONSTIT. CXXXIII.

Idem August. Menæ beatissimo Archiepiscopo.

PRÆFATIO.

SIngularis [14] vita hujusque contemplatio res [15] est sacra, & ex hoc evehens animas ad Deum, & non solum juvans eos qui ad hanc accedunt, sed etiam aliis omnibus pro ejus puritate & supplicatione ad Deum, præbens inspectam utilitatem. Unde & priscis imperatoribus studii fuit & a nobis non pauca sancita sunt de eorum honestate & ornatu. Sequimur etenim sacras regulas & antiquos patres qui hæc sanxerunt, quia *nihil* [16] *sine via ad quæstionem est imperio*, communem omnium hominum solicitudinem ex Deo accipienti. Dudum [17] quidem scripsimus constitutionem volentem *in multitudine existentes monachos in commune* [18] *degere secundum quod vocatur cœnobiorum schema: & neque propria habere habitacula* [19], *neque substantias* [20] *congregare, neque vitam* [21] *habere sine testimonio: sed communiter quidem ipsos comedere* [22]: *dormire* [23] *vero omnes in commune, & honestam sectari vitam, & testes esse ornatus alterutris, & juvenes* [24] *quidem veteri canitiem hæc respicientium, & ex studio etiam vigilias* [25] *assumere*, ut ne quid facinoris velut per somnum fiat, neque turpis videatur aliis, sed unusquisque suam honestatem etiam dormiendo custodiat.

CAP. I.

QUibusdam vero nobis nunciatis, quæ digna & majori cautela legis egebant; recte ad præsentem venimus sanctionem ad illius perfectionem & supplementum, per quam sancimus nullam penitus habere licentiam separatim habitandi, neque appellatam cellulam [26] nisi solus fuerit, & monasterium duobus utens ministris, & continentem & quietam degant vitam, sed omnino cum sint plurimi viri, una sit eorum conversatio & orantium & quæ naturæ sunt opera [27] facientium, quatenus inculpabiles & inaccusabiles consistant: & communiter quidem sicut dictum est, comedere, communiter quoque dormire, & siquidem tanta sit multitudo, quanta in uno habitaculo capiatur, aliquin duo forsan aut tria habitacula esse quæ capiant eos. Nullum tamen omnino proprium habere, sed in commune vivere diebus & noctibus, ut noctes eis eandem habeant quam dies observationem. Non enim dormiunt omnes semper, sed palam est, quia alii quidem in somno sunt, alii vero vigilant, & omnino erunt quidam dormientes inspicientes. Si autem aliqua habitacula sint in quolibet monasteriorum sub tua constitutorum sanctitate, sive in hac magna civitate, sive in ejus per circuitum habitaculis, sive a nobis ipsis ædificatis, sive ab aliis seorsum habitata, hæc omnibus modis depones [28], aperiesque eis alterutra ubi celebrent: quid enim formidabunt hoc agentes semetipsos dicantes Deo & abrenunciantes publicæ conversationi? & hoc quidem ita valere nunc & in futurum omne volumus tempus, nullo ut dictum est, habente habitaculum seorsum, sed congregandis omnibus & inspicientibus quæ ab alterutris aguntur. Certum est enim quia talia studebunt ea constituere, qualia omnino inculpabilia manent. Si quis autem apparuerit tantum impudens, ut audeat tentare prævaricari quod sancitum est, monasterii præsul hæc examinet. Volumus enim vehementiorem quam nunc est, fieri observationem, & quidem primum non plurimos [29] esse in monasterium ingressus, sed unum, aut secundum forte, & adstare januæ [30] viros senes & castos & testimonii boni ex omnibus, qui quidem neque reverendissimis monachis concedant sine [31] abbatis voluntate exire monasterium, (sed inter eos detineant, quæ Dei sunt zelantes, nec semetipsos lacerantes, nec actus, nec studia) nec alios quosdam introire monasterium noctibus, & diebus sinant, qui non restam manere procurent venerabilium monachorum voluntatem. Sitque cautissima maceria munitum monasterium, ut nullus exitus aliunde, nisi per januas, sit.

CAP. II.

DEinde vel si ulla ecclesia in monasterio sit, neque sic occasione ecclesiarum, ingredi [32] & deambulationes licite illic facere, & confabulari cum quibus non convenit, sed venire quidem tempore sacri ministerii, cum Abba suisque prioribus & senibus, sacrificioque completo omnes monachi rursus ad cœnobium revertantur, ibique sedeant, magnumque Deum honorent, & sacris [33] scripturis incumbant. Plurimus itaque est horum librorum chorus [34], & possibile est unicuique animum corrigere, atque rigare sacris scripturis, quas si [35] frequenter legent, nunquam decipientur, nec ad humanas descendent solicitudines. Quatuor autem vel quinque seniores [36] ex ipso monasterio esse in constituta ecclesia, quibus jam omnis exercitatio est expleta in continentia, & qui ordinationem habere meruerunt in clero presbyterorum forsan aut diaconorum aut deinceps habentium schema. Dicti enim & supervenientes alloquentur, & de divinis eloquiis disputabunt [37], & putari omnes esse tales procurabunt, & custodient sacram domum, juventutem autem exardescentem, & suos terminos exilire volentem in continentia detinebunt.

CAP. III.

NOn ingredientur autem neque mulieres in [38] virile monasterium, neque viri in fœmineum occasione [39] mortui, & ibi sepulti memoriam, vel per aliam causam. & maxime si quis fratrem forte vel sororem aut aliquem ex genere habere in monasterio dicat; cognatio enim monachis in terra non est, cœlestem zelantibus vitam: quid enim volentes tales ingressus faciant, nisi voluerint aliquid agere interdictorum? cum liceat & viris convenientia in monasteriis virilibus celebrare, & mulieribus similiter distributa in muliebribus monasteriis facere mulieres, nullo permixto alteruti, neque si forte frater esse dicatur: aut soror [40] aut cognatus alter. Neque enim per hanc occasionem scil. monachos proprias habere possessiones. 20 De bonis. 21 De vita.

1 Principiis obsta. Principia delinquendi abscindenda. adde *l. 6. §. 9. ff. de injusto.*
2 Agonistæ sacri, monachi, velut in sacro certamine currentes, alludit autem ad veterum sacra certamina (de quibus vide *l. 4. in pr. ff. de his qui notantur infamia.*) Olympia, Isthmia, Pythia, Nemæa. 3 Mul eram studia viris indecora: ut ac virorum mulieribus.
4 Τροφεῖς. 5 Id est, & maxime eos, qui feretra deportant, qui ut de sodant.
6 Μόνην δ' τὴν διηρεθὴν ἢ τὰς ὑπηρεσίας καὶ τὴν κγκκίωσιν, *Graci hic.* Janitrices & ostiariæ fuerunt quædam monialium. de qua *c. 5. §. 1. eod.* 7 Vid. Tertull. *lib. de velandis virg.*
8 Ας δὲ καὶ καὶ ἱκεσίας. Memonias & preces solennes defunctorum nonine tunc fieri solitas intelligit. 9 Novendiale sacrum mortuorum quid esset, dixi ad *Novell. 115. c. 5. §. 1.*
10 Farum est leges promulgari, nisi aliqui earum vindex & custos constituatur. *Nov. 26. cap. 1. l. 2. §. 13. ff. de orig. jur.* 11 Προφῶτα. 12 Εξαγγελμα μοναχῶν. Exorchi monasteriorum: *les Prieurs.* 13 De quibus vide *c. 5. §. ead.* 14 Vicinus enim præsumitur scire factum vicini, *l. 9. C. de nuptiis.* 15 Episcopis cura monasteriorum incumbit. 16 Υπὸ ἐγγράμενον τελῶν. *Graci hic.* 17 Τὰς κεγομένας ἀκκλεσιαστικὰς. *c. 2. c. 4. §. ead.* de apocrisiariis dixi ad *Nov. 123. c. 25.* 18 Minus enim suspicionis est in eunucho, quam in alio. Ideoque regio cubiculo ut sæpius ministrabant Eunuchi, unde & Eunuchi dicti: quod εὐνὰ sit cubile; ἔχειν, custodire. Ea re factum, ut Eunuchi servi pretium veteribus inter omnia mancipia summum esset. *l. 1. §. 5. versf. Sin vero C. de communi servo manumisso.* 19 Τὸν ἴδιον κὶνεῖν διαδόσεων κοινωνίαν. *Scrimg. ἀγῶνα. l. 44. §. 1. C. de episc. N.* 123. *c. 36.* Sacram itaque communionem moniales sumebant ut plurimum a sensibus & NOVELL.

ingredi sinemus aliquem. Si enim ipsa principia [1] abscindamus, & per ipsum aspectum insitam animabus delinitionem, & ex hoc lapsum prohibeamus, erit multo possibilis ac facilior sacris [2] decertatoribus melioris vitæ status. Omnes ergo huic legi obediant, & neque viri recondant in muliebri monasterio sepulchra, neque mulieres in virilibus ascereriis sodiant. *Neque enim viros mulierum* [3] *studia decent, neque rursus virilia mulierum collegiis conveniunt.* Neque ex hoc propter defunctos turpes & mali principii tales permixtiones agi volumus, ut non iter ex hoc fiat naturæ apud se inhoneste grassari [4], & ludere, & divinas confundere causas, & pietatis quasi velamine, & cognationis schemate hæc agere, quæ neque dicere neque cogitare singularem vitam eligentibus est bonum. Illo existente manifesto, quia necessarium est sepulturæ ministrantes & maxime lectis [5], & sodientes non ingredi monasteria, sed in virilibus quidem monasteriis causa facilis est: in muliebribus autem non ita, propter memoratam interdictionem. §. 1. Sancimus igitur, si quando aliquid futurum sit tale fieri, & sepeliri mulier in muliebri monasterio, (virum namque non sinimus) reverendissimas quidem fœminas in suo manere habitaculo, solam vero ostiariam [6] & abbatissam forte ipsam, si voluerit interesse his quæ aguntur: & ipsos celerius illa agentes, quæ circa funus solennia sunt, & sepulchrum sodientes, & corpus obvelantes [7] repente discedere, neque videntes aliquas reverendissimarum mulierum, neque ab aliqua earum visos. Sed neque aliquam excogitent occasionem aut viri ad muliebria monasteria ingrediendi, aut mulieres viris deputata occasione horum quæ circa funus aguntur (quas utique memorias [8] vocant) in tertiam & nonam [9] convenientes diem, aut dum quadraginta compleantur, aut etiam annus, cum liceat, siquidem muliebre sit monasterium, mulieres omnia agere: si vero virorum viros: & non occasione talium observationum inhonestatem quandam venerabilibus monasteriis imponere.

CAP. IV.

QUia vero nihil quod sancitur, nisi [10] custodiam habeat competentem, poterit servari decenter, sancimus per tempus uniuscujusque monasterii præsulem [11] prudenter inspicere & perscrutari uniuscujusque conversationem & disciplinam: & sicubi aliquid parvum fiat contra quam decet, hoc repente corrigere, & non sinere majus fieri lapsum, & perire animam ad salutem conversationis confugientem. Monasteriorum autem exarchus [12], si quis fuerit per loca, sicut in hac felicissima civitate hæc solicite curet, & mittat eos qui appellantur responsarii [13] ejus per monasteria, & requirat etiam vicinos [14], ne forte aliquid nequam in aliquo monasteriorum proximo fiat, & hæc universa castiget, & competenti digna tracet providentia. Sed etiam uniuscujusque civitatis episcopus [15] hujus rei providentiam habeat sive patriarcha, sive metropolita sive singuli sunt episcoporum, & reverendissimos defensores, qui mittant hæc requirentes & servantes, & non sinentes, quicquam fieri extra quam decet: sed & si quid fiat, velociter hoc emendare. Sanctissimus autem patriarcha felicissimæ hujus urbis de monasteriis hic positis similiter examinet & custodes rei Deo amabiles ecclesiæ defensores sanctissimæ majoris ecclesiæ, & quos putaverit perfectos & honestissimos esse, constituat, ut per plures custodia facta, adhuc amplior observatio & super peccatis vindicta fiat.

CAP. V.

OPortet autem unumquodque monasterium sub abbate [16] constitutum habere (sicut prædiximus) eos, qui vocantur *Responsarii* [17], viros senes & monachicum certamen superantes, & non facile corporales injurias passuros, qui eorum rebus & eorum occupentur utilitatibus, & non solum si virorum sit monasterium, sed etiam si mulierum contingant, esse duos aut tres viros, aut vel eunuchos [18], si possibile est, esse, aut senes & castitatis testimonium habentes, qui causas agant, & ineffabilem eis præbeant communionem [19], cum hujus tempus fuerit. Si vero de alia monasterii utilitate, aut ad unam reverendissimarum ascetriarum pertinente, dicere aliquid necessariorum voluerint, loquentur abbatissæ, & alteri penitus nulli fœminarum quæ in monasterio sunt hæc per reverendissimas [20] ostiarias agentes. Oportet enim tales aliquas ad januas ordinari, quæ similiter ingressus & egressus in monasterium insiciant & egressus prohibeant, & inaccessibiles viris ingressus præterquam apocrisiariis constituant. Illi vero ad ostiarium loquentur, & dicent suum adventum: abbatissæ vero per eas agnoscentes & descendentes his loquentur, & illi referent ad illas de earum gubernatione aut utilitate pro qua venerint, & ita & quæ humana sunt, agentur bene, & castitas permanebit undique a nullo tentata malo. Si quis autem deliquerit, (nam multa sunt humana: & nullus [21] potest naturam sic retinere, ut non peccet nihil, hoc enim proprium est solum Dei) hunc, si [22] quidem mediocre peccatum est, & monere & suspendere & pœnitentiæ ei dare tempus, ut meliorem ordinem sumens, mox revertatur ad semetipsum, & non quos jam posuit, amittat labores. Si vero major culpæ sit modus secundum commissum & medelam correctionis esse & rursus admonitionem vehementiorem & pœnitentiam fortem exigere: & si quidem valuerit istis modis amovere lapsum, & corrumpi cœptum (hoc autem & in mulieribus converis & viris dicimus) grates agere magno Deo, cum & in cœlo fiat magnum gaudium angelicis virtutibus, quando aliquis salvus fit peccatorum. Si vero potiores ultra medicinam causæ fiant, tunc etiam expelli [23] eum a monasterio, quatenus dans semetipsum ex melioribus ad pejora, ipse suis malis potiatur solus, & non per ejus malum etiam alii violentur, sicut morbosorum [24] & inexcusabiliter languentium jumentorum. Neque enim imperium despiciet hos negligi, neque retinebit indignationem adversus abbatem, neque contra loci episcopum & sub eo positos defensores ecclesiæ, si non hæc observaverint tanquam necessaria sit etiam imperio rei diligentia. Si [25] enim illi puris manibus & nudis animabus pro republica supplicent Deo, manifestum quod & exercitus habebunt bene, & civitates bene disponentur. Deo quoque placato & propitio existente, quomodo non universa plena totius pacis & devotionis? sed & terra nobis feret fructus, & mare quæ sua sunt dabit, illorum oratione propitiationem Dei ad omnem rempublicam deducente. Sed & ipsum commune schema hominum reverentius erit, & vivet melius, illorum erubescens *perdurationem* [26], ideoque una pariter conspiratio erit, omnibus simul ad hoc concurrentibus, & in exilium missa quantum possibile est, malitia omni & melioribus & sanctioribus studiis introductis, & rebus ipsis deceentibus, quod nos requirentes, causam agimus, ut putamus, utilem.

CAP. VI.

ILlud quoque omnibus servari volumus modis. Si visus fuerit aliquis reverendissimorum monachorum & in aliqua tabernarum [27] conversari, hunc repente dari locorum defensoribus, aut hic *gloriosissimis præfectis sacrorum Prætoriorum*, & castigari convictum, & nuntiari hoc *Abbæ*, quatenus eum expellat [28] monasterio qui talia deliquit, utpote in confusionem vitæ angelicam hanc conversationem mutantem. Oportet enim duplex [29] hoc opus monachis esse, aut divinis vacare scripturis, aut quæ monachos decent (quæ vocant manuum [30] opera) meditari & operari. Mens enim frustra [31] vacans nihil bonorum parit. Pro his hanc ponimus legem & in hac regia civitate valentem & in gentibus omnibus. Utique ad singulos patriarcharum dirigimus eam ad cautelam observationemque competentem: illi vero sub se constitutis metropolitis mittent. Illi quoque aliis omnibus innotescent episcopis & per episcopos omnia hæc reverendissimis monachis & abbatibus eorum fient manifesta. Damus autem cauſæ observationem non solum abbatibus monasteriorum singulorum, nec solum Deo amabilibus episcopis, nec sanctissimis metropolitanis, neque sanctissimis patriarchis, sed hic quidem & tuæ [32] excellentiæ, ut si cujus causa egeat vehementioris correctionis, discentes a Deo amabilibus viris exequantur. In provinciis autem earum judicibus, primitus a Deo amabilibus episcopis, quod agitur agnoscentibus, & ut sint per omnia & personis sacratis & magistratibus innoxia ea quæ ad Deum & præ cunctis imperio, tanquam nihil sit sanctius custodiri rempublicam magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi clementia frui per reverendissimorum virorum puritatem. quam custodient quoque clerici & monachi & episcopi majores & minores, sacrorum memores canonum sacrarumque legum & constitutionum de hoc scriptarum, quas & valere & gratas esse etiam per præsentem sancimus legem.

EPILOGUS.

† Tua igitur beatitudo quæ placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem cognoscens, operi effectuique tradere festinet. Dat. 17. Kalend. April. *Constantinop.* ARIONE [33] V. C. CONS.

TIT. XVII.
UT NULLI JUDICUM LICEAT HABERE LOCI [34] SERVATOREM [35] NISI CERTIS EX CAUSIS DIVINA CONCESSERIT JUSSIO. [36]

NOVELLA CONSTIT. CXXXIV.

De Vicariis.

In nomine Domini Jesu Christi nostri, Imperator Cæsar, Flavius, Justinianus, Alemannicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, felix, pius, gloriosus, victor, triumphator, nunquam non colendus Augustus, Musonio præfecto urbis.

PRÆFATIO.

QUæcunque ad utilitatem nostrorum subjectorum, intentionem habentes semper, invenimus diversas læsiones nostris subjectis inferri ab emissis vicariis in provincias ab aliquibus civilibus & militaribus judicibus: & de hoc dudum legem scripsimus, particularem aliquam facientes rei emendationem.

CAP. I.

Ne ulli magistratuum liceat constituere vicarios.

NUnc vero perfecte juvare nostros subjectos studentes, sancimus nullam licentiam habere pro tempore præfectos tam Orientis quam Illyrici prætoriorum aut comitem largitionum, aut comitem privatarum, locorum [37] servatores destinare in provinciis, aut ipsos provinciarum judices facere, & propii cinguli loci servatores emittere. Sed neque vicaneos judices in creditis eis provinciis loci servatores emittere in qualibet civitate. Sed volumus esse loci servatores præfecturæ in Hosdruma [38], & in Mesopotamia, & si

1 Principiis obsta. Principia delinquendi abscindenda. adde *l. 6. §. 9. ff. de injusto.*
2 Agonistæ sacri, monachi, velut in sacro certamine currentes, alludit autem ad veterum sacra certamina (de quibus vide *l. 4. in pr. ff. de his qui notantur infamia.*) Olympia, Isthmia, Pythia, Nemæa. 3 Mul eram studia viris indecora: ut ac virorum mulieribus.
4 Τροφεῖς. 5 Id est, & maxime eos, qui feretra deportant, qui ut de sodant.
6 Μόνην δ' τὴν διηρεθὴν ἢ τὰς ὑπηρεσίας καὶ τὴν κγκκίωσιν, *Graci hic.* Janitrices & ostiariæ fuerunt quædam monialium. de qua *c. 5. §. 1. eod.* 7 Vid. Tertull. *lib. de velandis virg.*
8 Ας δὲ καὶ καὶ ἱκεσίας. Memonias & preces solennes defunctorum nonine tunc fieri solitas intelligit. 9 Novendiale sacrum mortuorum quid esset, dixi ad *Novell. 115. c. 5. §. 1.*
10 Farum est leges promulgari, nisi aliqui earum vindex & custos constituatur. *Nov. 26. cap. 1. l. 2. §. 13. ff. de orig. jur.* 11 Προφῶτα. 12 Εξαγγελμα μοναχῶν. Exorchi monasteriorum: *les Prieurs.* 13 De quibus vide *c. 5. §. ead.* 14 Vicinus enim præsumitur scire factum vicini, *l. 9. C. de nuptiis.* 15 Episcopis cura monasteriorum incumbit. 16 Υπὸ ἐγγράμενον τελῶν. *Graci hic.* 17 Τὰς κεγομένας ἀκκλεσιαστικὰς. *c. 2. c. 4. §. ead.* de apocrisiariis dixi ad *Nov. 123. c. 25.* 18 Minus enim suspicionis est in eunucho, quam in alio. Ideoque regio cubiculo ut sæpius ministrabant Eunuchi, unde & Eunuchi dicti: quod εὐνὰ sit cubile; ἔχειν, custodire. Ea re factum, ut Eunuchi servi pretium veteribus inter omnia mancipia summum esset. *l. 1. §. 5. versf. Sin vero C. de communi servo manumisso.* 19 Τὸν ἴδιον κὶνεῖν διαδόσεων κοινωνίαν. *Scrimg. ἀγῶνα. l. 44. §. 1. C. de episc. N.* 123. *c. 36.* Sacram itaque communionem moniales sumebant ut plurimum a sensibus & Eunuchis monachis. 20 Janitrices monialium, ingressus & egressus monasterii observabant, & cum adventantibus loquebantur. *c. 3. §. 1. §.* 21 Nihil est omni ex parte beatum, vid. *constitutionem de conceptione Digest. §. 14.* 22 Gradus delictorum monachorum. 23 Pœna monachica, expelli a monasterio, ut *c. 6. §. ead.* 24 Morbosi monachi pœna, ab aliis separari, Cato *c. 2.* terramenta vetera, servum senem, servum morbosum, & si quid superfit, vendat. 25 Operæ Dei ministrorum quænam sint, *l. 42. Cod. de episc.* 26 Καθαρότητος, id est, puritatem. 27 Εἰς τὰ καπηλεῖα μοναχοῦ ἐπιφοιτῶν. *Scrimg.* in cauponam, fruſtra hoc non dicit, nam & tabernariæ inter abjectas personas numerantur *l. 7. C. de incestis.* solentque vulgo prostitui *l. 4. §. 2. ff. de his qui notantur.* In tabernis etiam adfolent quæstuaria mancipia esse, *l. 43. §. 9. ff. de risu nupt.* 28 Expellunturinterdum monasterio monachi, *ut hic. & c. 5. §. ead.* tantum abest ut illic perpetua custodia detineantur. 29 Duplicia monachorum opera *c. 2. §. 1. §. 34. Cod. de episc. audient.*
30 Εργόχειρα Aug. *in Psalm. 99. & lib. de opere monach. c. 20. versf. 141.* dicuntur Euchitæ opinari, monachis non licere sustentandæ suæ vitæ causa aliquid operari, atque ita seipsos monachos profiteri, ut omnino ab operibus vacent. August. *ad Quod vult deum de hæresib.* hujusmodi ignavæ sectatores leges detestantur atque puniunt, *l. 26. C. de decur.*
32 *l. 44. §. 3. Cod. de episc.* 33 Apione, id est, anno 539.
34 Et vicarios *Nov. 8. c. 4.* 35 Ἴδιοι τοποτηρηταὶ. *Scrimg.* de vicariis, seu locum tenentibus, jul. *const. 126.* de quibus dicam plenius *c. 2. §.*
36 Sunt & alia capita, de quibus hic tractatur. 37 De ea re dixi ad *Nov. 8. 17. 118. c. 30.* 38 Οσδρόων, Osnecessitas